

# TRACTATUS

DE

# SUBSTITUTIONIBVS

In Duas Partes Distinctus,

QVARVM PRIMA CONTINET DIRECTAS SVMMATIM

Hoc est, de Substitutionibus in genere, de Vulgari, Pupillari, Exemplari,  
Directa, Militari, Compendiosa, & Reciproca.

SECUNDA VERO DIFFUSISSIME ET EXACTISSIME, DE OBLIQVAS

Hoc est, de Fideicommissis tam per Substitutionem, quàm per Prohibitionem  
Alienationis resultantibus.


DOMINO VINCENTIO FVSARIO, P. C. CLA-  
RISSIMO, BRIXIENSI, ET ADVOCATO

Fisci verfatissimo, Authore.

Omibus tam in Scholis publicè, & privatis docentibus, quàm in foris versantibus, necnon quibuscuque  
Iura proficiendis non minus utilis, quàm necessarius, ac noviter in lucem editus.

*Plusieurs autres, qui ont été traduits en françois, & en italien, par divers Auteurs, & qui ont été*

*De hoc Authore nihil scimus, quam quod vixit in Brixia, & quod obiit in die 17. Julii 1792. in die qua  
ante obitum suum, & postea, cum foret in Brixia, & quod obiit in die 17. Julii 1792. in die qua  
iudicium in Brixia, & quod obiit in die 17. Julii 1792. in die qua  
de substitutionibus est, & quod obiit in die 17. Julii 1792. in die qua  
quam quorundam  
ignarus, & quod obiit in die 17. Julii 1792. in die qua*



Apud PHILIPPVM ALBERTVM

M. DC. LXXIII



AMPLISSIMO, AC CELEBERRIMO  
COLLEGIO  
DD. IVRISCONSULTORVM ET  
IUDICVM BRIXIÆ.

*Vincenſius Fuſarius I. C. S. D.*



**I** N T post ſuſceptum Doctorem diu in foro, in quo Le-  
ges digeruntur, aſſidue verſanti, præter multas aliarum  
cauſarum quæſtiones vna ſe obtulit ſuſtitutionum materia.  
ſemper & frequentior & difficilior: nihil enim magis cõmu-  
ne eſt inter homines, quàm ſupremæ eorum voluntates, ni-  
hilque occultius, & ſoli Deo referuatum, quàm in hominum  
mente iudicium ferre. Hinc tot præclariffimi viri, & Clariffi-  
mi Iureconſulti diuerſis ſuis doctiffimis Tractatibus inſuda-  
runt aperire viam tantæ difficultati, & quatenus hominibus

licet in orientium voluntatem notam facere. Fateor me iſtorum laboribus multum in-  
tellexiſſe, non ita tamen, quin plura, & perplexa, & obſcura ingenij mei tenuitati, multã  
que intacta, & indeciſa remanerent: nec mirum, cum plura ſint negotia, quàm vocabu-  
la: & quotidie inſurguat caſus inopinati, & incogniti, qui humanam prudentiam peni-  
tus fugiunt. Laboravi & ego quantum potui, (licet occupatus, & diſtractus diuerſarum  
perſonarum patrocinio, ac aſſidua pro Fiſco Aduocatione) vt facilem mihi redderem  
harum rerum cognitionem, & materias diuiſim ab aliis tractatas, noua vt puto, ac vtili  
methodo coniungendo, nouõque caſus, & nouas quæſtiones ab eis non tactas adiun-  
gendo: Deo Optimo Maximo ſauente huic tandem meo labori ſinem impoſui: quem,  
qualiſcunque ſit in lucem prodeò. Qui ne in tanta luce obſcurus penitus remaneat, ſub  
ſplendore ampliffimũ veſtri Collegij Patres, & Iudices Excellentiffimi ſtatuendum pro-  
poſui, vt ſi fortè publica illa, ſed ſæpe turbida luce defectum patiat, veſtra clariffima  
reficiatur, illuſtretur, & viuat. Quod vobis plurimum conuenire cenſeo, cum enim à  
nonnullis veſtrum mihi ſumma neceſſitudine deuinctis fuerim ad hæc Studia excita-  
tus, profitearque omnium doctrina & auxilio in hoc labore fuiſſe adiutum, tum per  
plures vobifeum congreſſus in cauſarum diſputationibus, tum per plurimas, & ſæpiſſi-  
mas reſolutiones doctiffimorum in iure moueorum, quæ quotidie prodeunt in veſtris  
reſtiſſimis iudicijs. Accedant innumera propemodum veſtra de me merita, ac ſingula-  
ris, & propenſa mea erga vos omnes, & vnumquemque veſtrum obſeruantia, quam  
non alio officij genere ſignificare magis nunc valeo, quàm ſi vobis has meas primitias  
dedicem, atque conſacrem. Libenter ergo Patres, & I. C. Clariffimi ſuſcipite me, meã-  
que omnia, quæ iam diu ſummo affectu veſtræ doctrinæ, dignitati, & authoritati dica-  
m, & nunc iure merito ſummopere commendo.



TRACTATUS  
DE  
**SUBSTITUTIONIBVS**  
EXCELLENTISSIMI D.  
VINCENTII FVSARII  
I. C. *Brixienſis*,  
PARS PRIMA.

S Y M M A R I U M.

1. *Diffinitio ſubſtitutionis qua ſit.*
2. *Subſtitutio ita appellatur quaſi ſecunda inſtitutio.*
3. *Subſtitutiones de iure gentium ſunt introducta.*
4. *Subſtitutio eſt iurata, ut res deſunctorum ſecundum eorum voluntates facilis denoluerentur.*

*Eodem* dicunt fuiſſe introductas, ut res deſunctorum ſecundum eorum voluntates facilis denoluerentur.

Sed *Odd.* in *Præud. compend. par. 1. quaſt. 4.* dicit rationem fuiſſe, ne caduca fierent diſpoſitiones Teſtatorum, per *Text. in l. unica in princip. C. de caduc. tollend.* & hanc opinionem eſſe receptam teſtatur *Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quaſt. 5.*

QVÆSTIO PRIMA

*Subſtitutio quid ſit, unde ita dicatur, quo iure ſit introducta, & quare.*



INCIPIAM à diſtinctione Subſtitutionis, in quo articulo Doctores varias diſtinctiones attulerunt, communiter tamen ita diſtingunt. Subſtitutio, eſt ſecunda inſtitutio, ita *Gloſ. in Rub. ff. de vulg.*, & ibi Doctores præcipue *Ceph. num. 10. late. Cagnol. in l. præcipue, n. 2. C. de impen. & al. ſubſtit. Odd. in Præud. de comp. par. 1. qu. 1.* ubi late diſputat *Alexand. Tren. in Præud. tract. de ſubſtit. n. 2. Intrigl. de ſubſtitutione i. quaſt. 2. Crall. de ſubſtit. quaſt. 1. & Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſtamen. tit. de ſubſtit. numer. 2.*

Alias diſtinctiones vide apud *Rip. in diſt. Rub. ff. de vulg. Cagnol. in diſt. l. præcipue, n. 15. v. que ad nu. 19. Curt. in Rub. C. de imp. & al. ſubſtit. nu. 27. Odd. diſt. quaſt. non ſine, Alex. Trendac. ſupra relata, & latiffime apud *Intrigl. diſt. quaſt. 2.**

Sed unde dicitur ſubſtitutio, dico ita appellari, quaſi ſecunda inſtitutio, *Dec. in Teſtament. in princip. C. de teſtamen. mil. Odd. in Præud. comp. par. 1. qu. 1.* ubi alia tradit, & plura ſcribit, *Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. qu. 1.*

Succedit, autem et videamus, quo iure ſubſtitutiones ſunt introductæ, & de iure gentium fuiſſe introductas poſt alios ſcripſerunt *Odd. in Præud. comp. par. 1. quaſt. 1.* & *Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quaſt. 4.*

Quare item ſubſtitutiones ſunt introductæ *Curt. in Rub. C. de imp. & al. ſubſtit. & Cagnol. in l. præcipue D. Vincent. Fuſ. Pars 1.*

S Y M M A R I U M

1. *Subſtitutio ſunt quinque ſunt genera, Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Compendioſa, & Reciproca: ad dicitur & diſt. Actuaris.*
2. *Subſtitutio alia eſt directa, alia fideicommiſſaria, ſive obliqua.*

QVÆSTIO II

*Quotuplex ſit Subſtitutio.*



VARIO quotuplex ſit ſubſtitutio, & dico quinque eſſe genera ſubſtitutionum: videlicet Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Compendioſa, & Reciproca: ita Doctores communiter ſcribunt in *Rub. ff. de vulg.* ubi *Cea. Phal. num. 27.* & ante eum *laſ. in l. in teſtamento, la prima, C. de teſtament. mil. & ibi Dec. Doct. in Rub. & in la. C. de impub. & al. ſubſtitur. Odd. in Præud. comp. par. 1. quaſt. 1. v. in fine, ubi alios reſert, & late *Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quaſt. 7.* & ante eum *Crall. 5. Subſtitutio quaſt. 7. in fine, Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſtamen. tit. de ſubſtit. in fine.**

Alij adducunt directam militarem, *Ceph. diſt. Rub. ff. vulg. nu. 14.* ubi etiam addit 7. ut apud eum, & ſequitur *Intrigl. diſt. quaſt. 7. in fine.*

Diuiditur vicinjs ſubſtitutio in directam, & obliquam, ſeu fideicommiſſariam, *Gloſ. Bart. Al. bet. & alij in Rub. ff. de vulg. Curt. in Rub. C. de imp. num. 9. Dec. in l. in teſta. col. 1. C. de teſtam. mil. Cagnol. diſt. præcipue, num. 36. Polit. in Tract. Subſtit. in præud. num. 17. Odd. diſt. quaſt. non ſine, Alex. Trendac. in Præud. tract. ſubſtitur. num. 10. Intrigl. d. 9. 7. Crall. 5. Subſtitutio, 3. 3. Did. Spin. à Crall. in Spec. teſtamen. tit. de ſubſtit. in fine.*